Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uxor sua et due sorores sue. Heinricus canis et pueri
sui. uxor Wnhardi grvfel. uxor Ottonis de
Elendorf et pueri eorum. Fridericus et uxor sua. Nor
dungus de Chlobendorf et pueri sui. Hermannus
de Phtoldesdorf. et R. vdewinus. et Diethericus
et uxores eorum et pueri eorum. Gotfridus de Tyrn
staine et pueri sui. excepta sorore sua Jvt
ta de Chvnring. filii Chopponis. uxor Hainrici
de Alhartingen. quedam Mechtildis. filii
Pilhardi de Immendorf. uxor Levchardi. v
nus de filiis Pilgrimi de Nelevb. Sequitur
subscriptio allodiorum. que aeigen vocantur:
Mystelbach et Slevntz cum omnibus attinen
ciis in campo et nemore. et mutam in Wlue
linesdorf et quicquid illic habent appetatis. Strich
duo beneficia. Mertinesdorf totum. quod tunc
habuit in possessione. Immendorf. x. beneficia
et nemus et ius montanum. villicationem in
Grvnt. Hezmannesdorf vi. beneficia In
hortwines. xi. beneficia. villicationem chamb.
et duo beneficia quibus inbeneficiatus est. Wich
hardus de wicharteslage. villicationem Gra
ba... duas vineas et molendinum. Albriches
per totum et villam dictam pouet. hec sunt in silua
Swikers parrochiam et forum Sibenlinden
cum omnibus attinentiis et nemore sicut habet
uia de Nevsidel. Wit. Nevsidel. et walte
steine. Sizmannes et winthage. wizzenpach.
vineas in Nevnbvrch et nemus et ius monta
num. et xi. beneficia in plate que sunt in pignore
a palatino rapotone pro C. et xxx. Marcis ar
genti. et decimas resignauit domino Vlrico de
valchenberch marito filie sue quas habebat
in Parrochia sancti Stephani et sancte Agathe
in recompensationem castrorum. Preterea dominus Had
marus ordinauit cum filiis suis ut si predictus
Vlricus amice sicut decet se cum eis habuerit.
decimas sibi super omnibus bonis que filie sue
in silua assignauit resignent. Facta est hec sub
scriptio Anno ab incarnatione domini. M. CC. x
vii. indictione v. fundata Zwetel sub Mar
quardo Abbate.

Licet autem de Curia in Gvndramstorf primo scrip
serimus. aut scriptum inuenimus in antecedentibus

priuilegiis. tamen adhuc unum preter priuilegium
supra meliorem confirmationem eidem curie subiunga
mus. Quod priuilegium dedit Hainricus dux Au
strie de Medlico. videlicet castrum iuxta Gvndramstorf.
Qui Hainricus fuit frater ducis Levpoldi sicut in
Cronicis inuenitur.

h Notum esse volumus vniuersis Christi fidelibus. tam
presentibus quam futuris. qualiter ego Dux Heinricus
de Medelich. predium quoddam in Gvnderamstorf
quod Hadmarus de Chvnringen a ministeriali
nostro Ortolfo nomine. nostro pio assensu et auxilio
cum omnibus que mihi sui iuris erant emit. lar
ga manu tam ob dilectionem ipsius Hadmari
quam ob remedium anime mee. Super altare beate
Marie in Zwetel delegauimus. Et ut hec libera
lis nostra donatio in perpetuum firmior habeatur. sigilli
nostri impressione munire decreuimus. et huius rei
testes subscribi fecimus. Heinricus et Chvn
radus de Schonenowe. Wichardus et frater eius
Vdalricus de Gadem. Sifridus marscalcus.
Rvdegerus de Mannesweerde. Hainricus de Man
neswerde. Livpoldus Livpoldus frater eius. Vdel
ricus Chrotel. de Medlich. Ortolfus cellarius
ducis de Nvwendorf. Wnhardus. Chvnradus
et Otto fratres de Gundramstorf. Ortolfus
horrer. et Marquardus madech. Vlricus
Chvrchaimer. Albo iudex et filii eius. Hvgo
de Grvndramestorf. Chvnradus Haete de
Paden. Rvdwinus de Gvnvarn. Dominus Otto lib.
de Livbarsdorf. Actum et Datum in Medlico. an
no domini M. CC. vi. In Purificatione beate
Marie.

i In Nomine sancte et Indiuidue Trinitatis.
Levpoldus Dei Gratia Dux Austrie et Sty
rie. Vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris.
salutem in perpetuum. Quia inermium personarum
tranquillitas in defensorum maxime consistit provi
dentia. quia etiam uite claustralis conditio se
culari conditioni est contraria. et a negotiis secula
ribus sequestrata. secularium uexationum perturbati
one omnino deperiret. nisi accurata principum sol
licitudine conseruaretur. Unde vniuersis Christi
fidelibus. tam presentibus quam futuris notum esse vo